



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

Quomodo charitas in moriente sit exercenda & promouenda. Capvt VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

Clementiam ergo tuam precor, ut secundum multitudinem miserationum, & veritatem promissionum tuarum, efficaciter applices mihi satisfactionis, quam *Psa 141.* pro me persoluisti, thesaurum, & perfecte dimittas peccata mea, veniam ad omnes culpas & poenas extendendo, ut ex custodia corporis educta anima mea, citius ad confitendum nomini tuo, & ad *Psal. 83.* misericordias tuas in aeternum canendas perveniat, & aliae eiusmodi formari possent, quaedam ex his, quae 8. cap. dicuntur, ad spei exercitationem (ut etiam fidei & charitatis, & contritionis) crucifixi imaginem in manibus habendo, ut liter dici poterunt.

*Quomodo charitas in moriente sit exercenda & promovenda.*

CAPUT VII.

**Q**UOD attinet ad charitatem sermo de operam qui iuvat morientem, ut in ea exerceatur & inflammetur, est enim finis & summa bonorum omnium, & optima dispositio ad transeundum ab hac vita in futuram, imò quia maior, Deo augente, reddi potest piis actionibus, si intenti sint, & ad praeium augendum **valde**



*Chari-  
tas in-  
flamma-  
tur per  
modum  
conside-  
ratio-  
nis.*

valde conferre, serio in id est incumben-  
dum. Primò per modum consideratio-  
nis. Secundò per modum orationis. Ter-  
tiò per modum exemplorum, subiun-  
gendo & admiscendo, quæ cõtritionem  
veram charitate informatam, augeant.  
sic ergo morietem alloqui poterit. Cha-  
rissime N lex & prophetæ pendent ex di-  
lectionis præcepto, quo ex toto corde,  
tota anima, tota mente, & totis viribus  
diligere Deum oportet, non tantùm  
quia nobis summè necessarius est, & sũ-  
mè utilis (cũ & nostrum esse & bene  
esse, ac tota beatitudo nostra, & eorum,  
quos amamus, ex ipso pēdeant) sed mul-  
tò magis amore puro diligendus nobis  
est, gaudendo de ipsius omnipotēcia, sa-  
pientia bonitate, & felicitate infinita, &  
optādo, vt omnes homines eũ cognos-  
cant, honorent, obediant, & diligant eũ,  
& id imprimis propter suam absolutissi-  
mam perfectionem, & bonitatem, ob  
quam dignissimus est amore, dic quæso,  
si homo aliquis, omnium hominũ per-  
fectiones, & excellentias in se haberet, id  
est, omnem sapientiam, virtutem, pul-  
chritudinem, nobilitatē, bonitatem, ac  
felicitatem, quàm dignus esset amore?  
ac certè in D<sup>eo</sup> non tantùm hæ perfe-  
ctiones.

ctiones, & om-  
nium, aut etiam  
inuisibilem  
maiores sunt  
omnibus aliis  
tutis, pulchri-  
tis bonitatis, &  
fectionum, &  
finitũ, ita vt o-  
entia, bonitas  
ctiones, quæ  
cum diuinis cõ-  
lum sint reput-  
paratio finiti  
debemus ama-  
cuius perfecti-  
sio beatos hor-

Secundò d  
charitatem pr  
prior dilexit  
comparatio-  
suum filium: v  
cum: vel vlti-  
Ideò iis nomi-  
si vocari volu-  
ardentissimã  
significat: qu-  
aliquo modo  
mor cuiusuis



ctiones, & omnium aliarum rerum visibili-  
 lium, aut etiam Angelicorum spirituum  
 inuisibilibus ( quæ sine comparatione  
 maiores sunt) inueniuntur, sed ipse est  
 omnibus aliis fons totius sapientiæ, vir-  
 tutis, pulchritudinis, suauitatis, nobilita-  
 tis bonitatis, & felicitatis, & omnium per-  
 fectionum. & excedit omnia simul in in-  
 finitum, ita vt omnium creaturarum sapi-  
 entia, bonitas, decor, & reliquæ perfe-  
 ctiones, quæ ipsas reddunt amabiles, si-  
 cum diuinis comparentur, veluti nihi-  
 lum sint reputandæ, quæ enim est com-  
 paratio finiti ad infinitum? quantùm ergo  
 debemus amare Deum, propter seipsum,  
 cuius perfectionis immensæ vel sola vi-  
 sio beatos homines & Angelos facit.

Secundò diligendus est propter eius *Propter*  
 charitatem præuenientem, quoniam ipse *præueni-*  
 prior dilexit nos. & quidem affectu, sine *enti eius*  
 comparatione maiore, quàm vllus pater *dilectio*  
 suum filium; vel vllus amicus suum ami- *nem.*  
 cum: vel vllus sponsus suam sponsam. *1. Ioh. 3.*  
 Ideò iis nominibus Patris: amici: & spõ *Marc. 9.*  
 si vocari voluit: vt ex nominibus: quæ *Ioan. 3.*  
 ardentissimam inter homines dilectionem *Matt. 6.*  
 significat: quanta sit eius in nos dilectio  
 aliquo modo intelligamus. Si ergo a-  
 mor cuiusuis: qui te amaret: ad redas

man.



mandum obligaret, & si esset magnæ dignitatis, vt Rex aliquis, vel Pontifex, magis adhuc à te redamari deberet, quæso charitate Deum diligere debes, qui perpetua charitate dilexit te? certè si propter semetipsum amare pigebat tanta perfectionis Deum, ne pigeat cū redamare tanta te dilectione præuenientem.

*Propter beneficia naturæ, vel creationis.*

Tertio diligendus est propter beneficia, quæ etiam bestias ad redamandū cogere solent, vt de leonibus legimus, & de aliis quotidie videmus, considera beneficia naturæ, certè à Deo accepisti esse tuum & vitam, quam habes qui parentibus tuis virtutē ad corpus tuū generandum dedit, & ipse animam tuam ad imaginem sanctissimæ Trinitatis, memoria, intellectu, & voluntate præditam, & beatitudinis æternæ capacem creauit, si oculi tui, si auditus si reliqui sensus, si omnia corporis membra, si creaturæ aliæ quas in cibum & potum & vestimentum & habitationem & alias commoditates tuas & auxilia, tibi dedit, & grata & amabilia fuerunt: si cælum ipsum & Angelorum ministeria tantum tibi vtilitatis & honoris tribuerunt, quantum debes amare illū, qui tibi omnia gratis donauit ex amore purissimo, quo te dilexit,

nul-

nullam suam  
sed tantum  
requirendo?

Propter beatitudinem debes  
pater æternus  
suum filium  
dem, vt te à m  
tis acerbissim  
voluerit; filiu  
ditam ad cœl  
humiliauit se  
accipiens, & l  
crucis, vt eiu  
ues & beatu  
inhabitare d  
peccatis per  
donis suis &  
mis ornare ve  
tuæ parte, te  
preparandi  
nec subita m  
vnde gratias

Propter beatitudinem  
rata, quantum  
qui te confort  
æternæ, vt fili  
sam esse vult  
nec oculus vi



nullam suam vtilitatem à te expectando sed tantum amoris compensationem requirendo ?

Propter beneficia gratiæ maiorem e- *Propter*  
tiam debes DEO gratitudinem : cum *benefi-*  
pater æternus, vt te seruum redimeret, *cia gra-*  
suum filium vnigenitum dederit : & qui *tie, vel*  
dem, vt te à morte æterna liberaret, mor- *redem-*  
tis acerbissimam pœnam subire ipsum *ptionis.*  
voluerit; filius etiam ipse, vt te ouem per-  
ditam ad cœlum humeris suis reduceret,  
humiliauit semetipsum, formam serui  
accipiens, & laborans, vsque ad mortem  
crucis, vt eius inopia & doloribus tu di-  
ues & beatus esses ; Spiritus Sanctus te  
inhabitare dignatus est, & tam multis  
peccatis per gratiam suam expulsis, te  
donis suis & charismatibus preciosissi-  
mis ornare voluit: & nunc in vltima vitæ  
tuæ parte, tempus & commoditatem te  
præparandi ad hunc transitum dedit,  
nec subita morte te occupari permisit,  
vnde gratias agere ex animo debes.

Propter beneficia gloriæ tibi præpa- *Propter*  
rata, quantum debes diligere DEVM : *benefi-*  
qui te consortem regni sui & felicitatis *cia glo-*  
æternæ, vt filiū & heredem, imò vt spō- *rificatiq;*  
sam esse vult, vbi bona percipias, quæ *nis,*  
nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in  
COR



cor hominis ascenderunt? & certè si beneficia hæc sunt magna, modus conferendi, & charitas, qua conferuntur: ipsi beneficiis maiora sunt: & magis te ad redamandum obligant.

*Charitas per modum orationis inflammanda.*  
*Matth.*  
*22.*

Per modum orationis potest & idem accendi: dicendo aliquid ex scripturis sanctis excerptum: vel aliter: quale illud est: Domine tu dixisti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: ex tota anima tua, & tota mente tua, & totis viribus tuis, auge ergo gratiam tuam, auge charitatem in me, vt sicut tu vis diligere à me, & ego cupio diligere te, sic te diligam: & quod in hac vita perfectè implere non possum, in æterna implere te concedente, valeam.

*Psa. 72.*

Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram, Pater cœlestis? defecit caro mea & cor meum, DEVS cordis mei & pars mea DEVS in æternum, da mihi obsecro, vt non tantum super omnia diligam te, sed omnia in te & propter te, & secundum te diligam, & sis mihi tu omnia in omnibus, & in hac vita & in æterna.

*1 Cor. 13*

Quis mihi tribuat, vt perfectè diligam te, bonitas infinita? quando occupabis totum cor meum; quando totus ero tuus,

tuus, sicut debeo? veniat totum me per cor meum

Domine tua charitas esset, creatus sem, reparatus culpa perieris: quia si me totum debeo tibi per es me? ad meum, vt finem diligam te

Spiritus immensum rismata tua nobis dona fecro pariff tota fortitu vita, qua co æterna.

Congaudanda, & summa magnitudinis, sapientia felicitate liter pluris



tuus, sicut totum me tibi multis modis debeo? veniat iam, quaeso, illa hora, qua totum me possidere digneris, & totum cor meum tibi ego præbere possim.

*Hier. 3.*

Domine IESU CHRISTE, qui perpetua charitate dilexisti me, qua cum non essem, creasti me: qua cum perditus essem, reparasti me: qua cum toties propria culpa periissem, ad gratiæ vitam resuscitasti me: qua te ipsum totum dedisti mihi: si me totum toties debeo pro me quid debeo tibi pro te, qui infinitum melior es me? adde hoc beneficiis tuis, Deus meus, ut sine modo, & purissimo amore diligam te nunc & in sempiternum.

Spiritus sancte, qui amor es & donum immensum Patris, & filij, qui per charismata tua nos inhabitare, & te ipsum nobis donare dignaris, auge in me, obsecro purissimam, & ex totis viribus, ac tota fortitudine, tui dilectionem in hac vita, qua consummetur, & perficiatur in æterna.

Congraudeo & congratulor super adoranda & superamanda Trinitas, de infinita magnitudine perfectionis, pulchritudinis, sapientiæ, potestatis, & completissimæ felicitatis tuæ, & eam incomparabiliter pluris, quam meam & omnium crea-



turarum felicitatem aestimo, & vt purissimum hunc tui amorem in hoc exilio augeas, & in patria perficias obsecro.

Per modum exempli aliqua præterea dici ad hunc finem possunt, vt de beato Ignatio, in cuius corde nomen Iesu insculptum inuentum est. De Arsenio, qui aliquando totus quasi ignis, exterius, ob ardorem interioris charitatis, conspectus est, de Beato Paulo, qui transformatus per amorē in Christum, dicit, Viue ego iam non ego. viuit verò in me Christus. De Beato Antonio, qui cum noctem oratione ardentissima transegisset, Sol iam orienti conquerens, dixit: quid, ô Sol, à veri luminis contemplatione me impedis? beatus Franciscus, per ardentissimum amorem crucifixi Domini nostri Iesu Christi, stigmata eius in pedibus, manibus, & latere habuit, à Seraphin impressa, inuento etiam Ioanne de Rusbroech sub arbore, ardere arbor ipsa visa est, propter ardorem cordis eius in amore Dei.

Sed actus compunctionis ex hoc affectu amoris deduci opportunè poterunt ad hunc modū. Heu me in felicem peccatorem, qui tantam bonitatem, tantam maiestatem Dei mei, toties rebus creatis & vili-

*Charitas per modum exempli accēditur.*

*Gal. 2*

*Dionys.*

*Carthus.*

*Actus*

*compun-*

*ctionis*

*ex affe-*

*ctu amo-*

*ris de-*

*dicen-*

*di.*

& vilibus post debui totis viri, & obedire tempfi, & mator fui, conditatem meam gniam miseri

Pater amara in benedictio ciendum & vsti, & honoramus & omniator, qui talem, talem bgrauiter offero per mediu Christi omnia delicta iniquitate mada me. Parcordiam facta & figmento in hac vltima me egenti & ritibus à te

Domine animam meam, sanguinis: ego tam



& vilibus posthabui, heu mihi, qui, cui debui totis viribus meis placere, venerari, & obedire, eum potius offendi, contempsi, & mandatorum eius prauaricator fui, condona mihi tantam peruersitatem meam Deus meus, secundum magnam misericordiam tuam.

Pater amantissime, qui prænecisti me in benedictionibus dulcedinis, qui abijciendum & vilem peccatorem sic amasti, & honorasti; ego sum ille ingrattissimus & omnibus penis dignissimus peccator, qui talem patrem, talem amatorem, talem benefactorem, toties & tam grauitur offendi: condona mihi, obsecro per mediatoris & Domini nostri Iesu Christi obedientiam & charitatem, omnia delicta mea: amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccatis meis munda me. Pater misericordiarum, misericordiam fac huic pauperulae creaturae, & figmento manuum tuarum, adiuua me in hac vltima necessitate, succurre anime egenti & desolatae, ne à malignis spiritibus à te abstrahatur.

Domine Iesu Christe, vt mundares animam meam, & lauares eam à peccatis, sanguinem tuum effundere dignatus es: ego tamen infelix & miser nimis pec-

catos



62 METH. ADIVVANDI

cator, stolam illam puritatis in baptifmo acceptam, multis modis maculaui, & heu me, pro tanta tua in me charitate, & beneficentia, multiplices offensas ingratiſſimè retribui: ſed bonitas tua præſtabilis ſuper malitia mea, condonet mihi precor, vniuerſa delicta: applica mihi, quæſo, efficaciter pretioſiſſimam mortem tuam, & plenè ſatisfacere pro ſeruulo tuo, qui in te confidit, dignare, & in electorum tuorum numerum me recipi iube.

Regina cœli, miſericordiæ mater, refugium peccatorum, reconcilia me quæſo, vnigenito filio tuo, eius clementiam pro me interpellans: ob tui amorem mea remittat peccata, & in ſuam gloriam perducatur.

Spiritus cœleſtes, Angeli beatiffimi, & tu præcipuè cuſtos meus, aſſiſtite mihi migranti ab hoc ſeculo, & ab inſidiis aduerſariorum eripite, & vt in veſtrum conſortium admittat, adiuuare, ſic ad ſanctos, & eos præcipuè, erga quos

maiores habuit deuotionem,

ſc conuertat,

&c.

*Quid*

Eos q

*Quid factio op  
morientem  
omnia*

C A

**H**Aecenus  
habere d  
riuntur iuua  
certè cum al  
ſuperſunt: ſ  
ſuntur, ad iu  
cramentis ſu  
dito vellet n  
ſitum in futu  
ponere, vel  
tem noſtrum  
compoſ me  
tem ſalutat  
quod, vt ſup  
teſt, vt Mar  
cim diſcipu  
mis, cum i  
ſtea ad qu  
gatur. Pri  
riis omiſſu  
vt promot  
ad Contri  
Charitatiſ